



## Lectori Salutem.



Vàm insigne naturæ opus sit metal-  
lorum generatio, ne illi qvidem facile, qvi iis in  
locis, ubi felicissimè proveniunt, degunt, ope-  
ramq; suam iis effodiendis purgandisq; im-  
pendunt, dignè & stimant satis. Ita enim compa-  
ratum est ingenium humanum, ut, *cum omne*  
*ignotum pro magnifico sit*, iis qvæ ante pedes sunt,  
omissis, ad nova & insolita animuni semper convertat, *seu quia natu-*  
*ra ita comparatum est, ut proximorum incuriosi longingua sectemur:*  
*seu quod omnium rerum cupidio langr escit, cum facilis occasio est.* Sed  
& in iis pauci, qvi fatis aliàs curiosi recessus naturæ magno nîl pene-  
trarunt, de metallis qvicqvam posteris & memorix consecrarunt.  
Hinc summus Philosophorum Aristoteles ad subterranea hæc ingenii  
suum vel nunquam demisit, vel qvod de iis tradidit, injuria tem-  
poris necesse est intercidisse. Primus qvi hac de re scriptis ingenium  
suum publicæ famæ commisit, fuit Albertus ille, cognomento Ma-  
gnus, qvi seculo decimo tertio Coloniæ Theologus, uti vocantur,  
Scholaisticus, magna eruditionis & ingenii laude floruit, & metollo-  
rum naturam qvingve libris descriptis. Eadem de re superiori & vo-  
scribendo eruditionem & experientiam suam doctis probavit, qvi  
multum studii laborisq; in rebus metallicis pernoscendis posuit,  
Georgius Agricola, harum rerum *άντρης*, medicus qvippe in valle  
Joachimica, ubi Bermannum suum, sive de re metallica dialogum e-  
didit. Hinc Serenissimorum Saxoniæ Electorum & Ducum stipen-  
dio historiæ Saxoniciæ & libris de rebus metallicis conscribendis ope-